

ret, dissenserāt inuicem, apertè cogno-  
 scerent, quam mutue insectationis legi-  
 timam causam habeant: atq; adeò po-  
 sitis indignæ simultatis studijs, publicæ,  
 fraternæq; pacis exercendæ, propagan-  
 dæq; causa, in gratiam postliminiò re-  
 uertāt. Hippocrates in præceptionibus  
 verum Medicum ἠδελφισμῶν, cogno-  
 minat, fraterno adfectu παιδίας ἰητρῶν,  
 Medicorum filios complectentem, Φι-  
 λότεχνον, Φιλανθρωπον. Quàm parum ergo  
 Hippocraticæ virtutis memores sunt ij,  
 qui vel inuidiæ, vel priuatæ cuiusdā ar-  
 rogantiæ stimulo, omnibus aduersan-  
 tur ijs, qui vel latum duntaxat unguem,  
 à suarum præscriptionum terminis, lon-  
 giùs euagātur. Ἡν παρῆ Φιλανθρωπίη ἰητρῶν,  
 πάρεσι καὶ Φιλοτεχνίη, Hippocrates ait. Qd  
 si ingenuo præclaræ artis amore duca-  
 tur quispiam, si quem viderit eandem  
 viam ingressum, quantumuis sui præeū-  
 tis vestigijs pedes nō imprimat, eodem  
 tamen secum contendat, an ipsum, vel  
 spreuerit temerè, vel detestatus fuerit  
 inhumanè?

In præcept.  
 num. 42.

In præcept.  
 num. 50.

Aristoph. in  
 Ranis.

ἐλέγχ' ἐλέγχῃ. λοιδορεῖσθ' ἑχθρῆ  
 ἀνδρας φιλοσόφους, ὡσπερ ἀρτοπώλιδας.

Maior